

postellanae et Segobiensis collectorem generalem in regno Castellae, ut apparet, restantes 200 floreni de camera per heredes et executores ad manus Fernandi canonici Segobiensis et archipresbyteri de Sepulvega Segobiensis diocesis transmitterentur et iste finaliter ad cameram apostolicam in concilio Basiliensi residentem persolvat. Basilea 23 dec. 1434. C 173^r–173^v.

Andreas requirit notarium Dieulefist, quod Fructusmonte/Sanctusmonte archidiaconus ecclesiae Segobiensis per instrumentum obligatus sit ad solvendum 100 florenos de Arragonia infra terminum sex mensium, casu quo restantes 200 florenos de Arragonia per heredes et executores quondam Fernandi Garsiae ad subcollectorem Segobiensem non infra sex mensium spatium solverentur. Cuius instrumenti testes sunt Thomas Spinelli mercator Florentinus, Johannes Braquepot, Lambertus clericus Morinensis, [...] Leodiensis diocesis et Johannes Dieulefist subscripsit. Basilea domo habitationis Andreae 23 dec. 1434. C 174^r.